

conferendum terram aliquam inuasurus hanc nobi
lem ciuitatem uestrā funditus euerendam a grecis
ciues uestros morti traditos ⁊ nos omnes a vris
renibus descendentes. Abstineatis ergo ab his quo
rum finis est dolor ⁊ mortis executio amare ne pī
de teipsum doleas truncatum arene iacere carissimā
consortem tuam excidio traditam ⁊ omnes tuos gla
dio seuiente truncatos. Cum hec omnia sint futura
reuera si paris greciam cum exercitu presumat adi
re. Et his dictis quasi dolens se in propria restituie
ssioni. Ad hec verba igit eleni sapientis vacillauit
animus regis ⁊ turbatione repletus exstitit non mo
dicum stupefactus propter quod factum est inter o
nes astantes tacitum ex omni parte silentiū nec erat
aliquis inter eos qui presumeret in vocem sermōis
erumpere.

Quoniam Troilus regis ex filiis iunior postremo
susceptus ut vidit omnes pre multa turbatiōe
silere rupto silentio in hec verba prupit. **N**on
biles ⁊ nimium aīmosi ad quid turbamini circa plu
rima ad vocem vnius pusillanimitis sacerdotis. **N**ō
ne est proprium sacerdotum vitare bella fugere con
gressus quos sola pusillanimitas facit amare delici
as ⁊ in sola vescendi ciborum ⁊ potus saturitate tu
mescere. Suis enim sapiens pōt pro certo tenere ho
minum conscientias ignorantes futura posse presi
re deorum. Non hoc sapientis est credere cum ⁊ hoc
ex sola procedat stulticie leuitate. Vergat igit elen
si timore concutit in tēplis celebrare diuina ⁊ sinat
alios q̄ labe verecundie obducūt debitas i armoz

conflictu exposcere ultiones. **A**d quid circa eius uer-
ba tam vana tam friuola rex inclite perturbaris. **Tu**
be nauigia soluere et exercitum ad iter accingere bel-
licosum cum non sit ferendus de cetero totus pudor
nobis a grecis illatus absque ratione vindicte. **E**t his
dictis tacuit **Troilus**. Cuius animositatem et dictum
astantes ceteri laudauerunt et omnes consilium eius
probant sic quod mandante rege consilio ipso soluto pre-
dicti regis filii cum eodem rege paratas mentes ap-
petunt discubentes. **P**ostquam vero Priamus prandio
celebrato suo sedit in solio in suis propositis estuas
et in executione ipsorum importune totus anhelans
filios suos. **P**aridem et Deiphebum vocauit ad se et
expressse mandauit eisdem ut in pannonie prouinci-
am se conferant festinanter delaturos secum milites
strennuos quos in greciam cum nauigiis secum ferant
Et eodem die idem rex predictos paridem et deiphe-
bum coegit ad iter. **G**ui statim a rege ipso obtenta li-
centia recesserunt. **S**equenti vero die idem rex pria-
mus uniuersos ciues ciuitatis troie ad generale col-
loquium conuocauit et convenientibus illis his est
eos sermonibus alloquitur. **F**ideles et dilecti ciues
satis notum est uobis quantum fuerimus per grecorum su-
perbias iniuriis obprobriosis et damnis innumera-
bilibus lacerati nec uos latet passos iniuriam cum et
iam alienis fabula facti simus nec mee sororis exi-
de permittit seruicus manifesta quiescere vota mea cum
in eius memoria dolore constringar quam continua-
ta recordia nullatenus abolere permittunt. **S**citis e-
nim pro recuperatione ipsius nos in greciam discretum

anthenorem destinasse qui cum nō fuerit exaudir⁹
a grecis doloris mei materias duplicauit. **S**ed quia
ferro curanda sunt vulnera que beneficia non senti
unt medicine proposui paridem in armata manu et
marino exercitu multo completo milite in greciam
destinare ut hostes nostros potenter inuadat dam
nis afficiat quibus pōt forte aliquam nobilem mu
lierem hostiliter interceptam ad ciuitatem nostrā ad
ducat per quam commutationē sororis mee dīs fa
uentibus valeam promereri. **Q**uod quia exequi nō
decreui absq^{ue} uestri approbatione consilii p^{ro}posui
hoc vestre prebere notitie ut si vobis vider^{et} esse sa
lubre perseueret instantius in incepto. **L**icet enī hec
omnia satis intime tangant me tangūt communiter
et vos omnes. **E**t q^{uia} omnes tangit sapiente dicente/
debet ab omnibus comprobari. **R**egis igit^{ur} eloqui
o sine facto dum lata paterent vnde cūq^{ue} silentia. q^{ui}
dam miles de astantibus nomine pertheus filius quō
dam euforbii magni phī in quem narrat ouidi⁹ ani
mam magni pithagore fuisse transfusam surgens in
hec verba prorupit. **N**obilissime rex cum sim to
tus erga maiestatem vestram zelo fidelitatis accen
sus que memorie vestre reducere nō obmitto maief
tas vestra benigne suscipiat tanq^{am} prolata ab inten
tione fideli. **N**ouit enim vestra serenitas me patre^m
euforbium habuisse que plusq^{ue} centū octuaginta an
nis vitali potit⁹ ē aura qui cū omnis phīe fuerit ību
tus scientiis plenam presentia^m habuit futurorū. **H**ic
multoties dixit mihi et p^{er} certo firmavit qd^{am} si filius
vester paris in grecia sit iturus. ut ex argiuis more

predonio ducat uxore q̄ hec uestra nobilis ciuitas
magna troia in cinerem sit euersura p̄ grecos vobis
et omnibus uestris crudeliter et nequiter interfectis
Quare sapientissime rex non horreat uestra nobili-
tas acquiescere verbis meis cū nō sit tutū sapiētum
verba cōtempnere ⁊ in his precipue in quorum ab-
stinentia dignitas vestra non leditur ⁊ i eorum per-
seuerantia potest inesse causa (quod absit) perpe-
tue vestre ruine. **C**ur appetitis insidias apponere
vestre quieti ⁊ trāquillitatem vestram submittere ca-
sibus qui omnium periculorum genera in se habent
Abstineatis ergo (si placet) vt dies vestros felices abs-
q̄ vexationis molestia feliciter pertrahetis vt filius
vester paris grece terminos non attingat vel saltē
aliusquam ipse in greciā dirigatur. **A**d pertbei ver-
ba talia proferentis rumor fit magnus inter astātes
eū ⁊ eius p̄na vaticinia reprobantes ⁊ pertbei suasi-
ones violenter ipugnantes quib⁹ o vtinā ānuissent
Nā que postea secuta sunt scandala futura forsitan
non fuissent. sed quia futura d. serimina inuitabilia
fata constituūt placuit cōmuniter omnibus paridem
ī greciam nauali exereitu se conferre. **E**t sic colloq̄o
fine dato vnusquisq̄ recessit. **Q**uod postq̄ venit ad
cassandre noticiā regis filiam cōsiliū fuisse pro cer-
to firmatum paridem debere in greciam se conferre
velud infatuata prorupit in maximos vlulatus ⁊ vo-
cibus altis exclamans prosiliit in hec verba. **H**a no-
bilissima troie ciuitas vnde tam dura ⁊ tā dura fata
te detrahūt vt grauib⁹ in breui sis subuertenda peri-
cul⁹ ⁊ tuaz curriū alta cacumina dissoluāt ⁊ dentur

precipitem in ruinā. **N**ā infelix rex priame quod crimē
diceris cōmississe tui et tuorum hoīm mortes defle
as et perpetuas seruitutes. **E**t tu regina beccuba tu
ius sceleris es inmoluta oratio ut oēs videas partē
tuos crudeli nece succumbere? **C**ur non prohibes pari
de adire greciā qui tāte pestis futuris est cā? **E**t suis
clamoribus sine dato surgēs ad regē patrē se otulit
et imbribus lacrimarū flebiliter regē patrē amonuit
ut desisteret ab inceptis tanquā illa que in sue scientie
celeribus documentis futura mala preuiderat et pre
uisa vocibus flebilibus diuulgabat. **S**ed fortune casus
qui iam dederat suo cursui voluntarios instinctus et
motus infelices accelerabat ad exitus processum exinde
audios ordinando. **S**ane si dissuasiones hectoris cas
sandre monitus suasiones heleni suggestiones perthei
fuissem efficaciter exaudite perpetuis duratura tēpo
ribus. **N**obilissima et sublimis troia vigeres. **S**ed
inexorabilia fata malorum postquam infelicia puentura
decernunt contraria et aduersa hominum mentibus represen
tant et insinuant pro acceptis.

De numero nauium quas troiani duxerunt in gre
corum depopulationē.

Tempus erat quod iam sol inter hiades et pleiades per
fecerat cursum suum qui dum esset in signo tauri me
sis ille magis diuersis floribus planities aruorum or
nauerat et nouis virentes frondibus arbores in fecun
ditate florum fructus proximos promittebant cum pa
ris et deiphobus a panone partibus redeuntes tria mi
lia militum secum adduxerunt qui in armorum exercitio me
ta strenuitate vigeant. **E**t paratis nauibus viginti